


adangerentur. Id eum non satisfaceret, cepimus & istud expendere. Initio stylobatam fuisse statim à fundamentorum substructione veluti perpetuum parietem, qui columnarum bases exciperet, eius partem superiorem coronice, inferiorem basi, reliquo medio spatio ad libellam exaequato, ornari solitam. Eo modo cum esset, alueolatum visum fuisse; pari scilicet, præter circumcurrentes partes, perpendicularo. Id, qui secuti sunt, cum vitare vellent, ad spirarum perpendicularum quicquid reperiebatur (spatio quod cum intercolumnio conueniebat sua relicta specie) efficiebant ut resiliet, sed nusquam magis, aut minus, quam ut ad amplitudinem plinthi basis præter suas proiecturas responderet, & intersepti siue plutei partes (ita voco quod ex stylobata non resilit) cum proiectis partibus, id est coronix cum coronice, medium exaequatum cum exaequato medio, & basis cum basi consentirent. Huius-

Prima figura.



modi resilientes stylobatas (quos nisi fallor scamillos Vitruvius vocat, siue scabellos aut scamnullos, ut aliqui codices habent, impares autem, quod interstylobatis, id est interseptis, perpendicularo non responderent) cum magis ad rationem podiorum unde spectari soleat, pertinere arbitrarentur, aut quando sine apertionibus, id est sine podio, frontes vel latera adificiorum fiunt, & columna ita parieti adherent, ut pars tantum quota promineat (quod diximus huius libri cap. i. cum de parastatis lo-

A 3

tis lo-